quantarum probatum singulae facerent species sacerdotem·
taceo uniuersitatis in electione tua consonantiā & discretarū
rationum concordem sententiā non reuoluo statuat ista loco
laudis cui non suppetit quod possit p̄dicare de morib; momentis
enim plerumq· incerti fauoris aura popularis inpellitur· &
nescia examinis turba quiritium· dum studiis rapitur amat in
cognitos in te libram tenuit qui petitionis tuae aut socium se
praestitit aut auctorem· inpertae coetus multitudinis meritū
tuum expendit lance perfecti· & dum in te ornamentorum
uarietas placet· quasi unus heres diuersissimi fueris institutus·
ic singulis haec de claritate tua censebant sufficere quod probabant·
quia bona omnia nequaquā omnib; notae ē potuerunt· & speciatī
ad fauorem sideris tui uniuersos inlexeras· alteri ostendendo
quod pius es alteri quod seuerus· alteri quod bene adquisiti distri
butor patrimonii· alteri q̄d scires recte parta seruare· id studii
sumpsit uniuersitas· ut cum de proposita laude unusquisq· uince
ret· conlatione tam in p̄conis suis melioris tituli ab altero uin
ceretur· nolo istis diutius inmorari· ueniendum ē ad laboris tui
exercitia· quia ego qui non sum in laudatione tua idoneus maximis
nescio esse parua contentus· nouellis te adhuc inpositae dignitatis
probantem uestigiis· ineluctati temporis suscepit aduersitas· &
tyronem pontificii exercitatissimū militem aduersus lib̄tatem
in pacta bella reddiderunt· Tu praedonis nescisti timere saeuitiā
tu blandimentorum· q̄d in malitiosis nocentius telum est· scuto
constantiae uenena respuisti· quotiens te qui certamine n̄ potuit
insidiosa honorificentia lacessiuit· quotiens in damno bonae
opinionis seruitii sui· credidit a figmenta suscipere· hoc ante
postulans ut adhibito hostem conludio intra urbis muros
inclauderis· & ouium tuarum dissipanda lupis membra·
praestaret· pater facti quod dictu nefas ē· multorum exempla
suggerens· quae quidem tu uitanda despiciens· & ad uindic
tam serenit temporis seruans memoriae commisisti· detestabi
lia retinens· ne per obliuionem inpune transirent· & maiore

© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0431